

tibus. quin potius de domino sollicitudinē habendā pmerendo, quām de
merito. Et ita reuocat quod pmisit. Sic ergo in eodē ipso capitulo, quo defi-
nit unūquēq; , in qua uocatiōe uocabit, in ea pmanere debere: adiūcīes Mu-
lier uincta est q̄dū uiuit uir ei⁹: si aut̄ dormierit, libera est: cui uolet nubat,
tantū in domino, hanc quoq; eā demonstrat intelligendā, quæ & ipsa sic
fuerit inuēta, soluta à iro, quomodo & uir solutus ab uxore: p mortē uti-
q; , nō p repudiū facta solutione: quia repudiatis non pmitteret nubere ad-
uersus pristinū præceptū. Itaq; mulier si nupserit, nō delinquet: quia nec hic
secūdus maritus deputabit, qui est à fide primus. & adeo sic est, ut pperea
adiecerit tantū in domino. Quia de ea agebat quæ ethnicum habuerat, &
amissio eo crediderat, scilicet etiā post fidē ethnico se nubere posse præsume-
ret: licet nec hoc Physici current. Sciamus planè nō sic esse in Græco autenti-
co, quomodo in usum exigit p duarū syllabarū aut callidam aut simplicem
euersionē: Si aut̄ dormierit uir eius, quasi de futuro sonet: ac p hoc uideatur
ad eā p̄tinere, quæ iā in fide uirū amiserit. Hoc quidē si ita est, & in infinitū
emissa licentia, totiens uirū dedisset, quoties amissus esset, sine ullo pudore
nubendi etiā ethnicis cōgruentes: sed si ita esset quasi de futuro, si cuius ma-
ritus mortuus fuerit tantundē & futurū ad eā ptineret, cuius ante fidē mo-
riet̄ maritus, nō euertas. Nā cū & illa sentētiæ cedant, Seruus uocatus es, ne
curaueris: impræputiat⁹ es, ne circūcidaris, circūcisus uocatus es, ne adduxe-
ris: quibus cōcurrat, Vinctus es uxori, ne quæsieris solutionē: solutus es ab
uxore, ne quæsieris uxorē: satis manifestū est ad eos hæc ptinere, qui in no-
ua & recenti uocatione cōstituti de his cōsulebāt, in quibus à fide fuerāt de-
prehensi. Hæc erit interpretatio capituli istius de hoc examināda, an & tēpo-
ri & causæ, & tā exēplis & argumētis præcedētibus, q̄ & sentētijs & sensib⁹
subsequentibus: & in primis an ipsius Apostoli & consilio proprio congru-
at & instituto: nihil em̄ custodiendū est qua diuersus sibi deprehēdat. Au-
di & subtilissimā ecōtrario argumētationē. Adeo, inquiūt, pmisit Aposto-
lus iterare cōnubiū, ut solos qui sunt in dero monogamiæ iugo astrinxerit.
Quod em̄ qbusdā præscribit, id nō omnibus præscribit: nunqd ergo & qd̄
omnibus præcipit, solis episcopis nō præscribit: si quod episcopis p̄scribit, nō
& oib⁹ p̄cipit: an ideo oib⁹ qa & episcopis: & ideo episcopis, qa & oib⁹: Vn
de em̄ episcopi & clerus. Nōne de oib⁹: si nō oēs monogamiæ tenēt, unde
monogami in clerū: An ordo aliq; seorsū debebit institui monogamorū,
de quo allectio fiat in clerū: Sed cū extollimur & inflamur aduersus clerū,
tūc unū oēs sum⁹, tūc oēs sacerdotes: qa sacerdotes nos deo & patri fecit. Cū
ad p̄equationē disciplinæ sacerdotalis puocamur, deponimus infulas, &
pares sum⁹. De ecclesiasticis ordinibus agebat, quales ordinari oporteret.
Oportebat igitur om nem cōmunis disciplinæ formam sua fronte propo-
ni, edictum quodammodo futurum uniuersis impressione, quo magis sci-
ret plebs eum ordinem sibi obseruandum, qui faceret præpositos: & ne uel
ipse honor aliquid sibi ad licentiam, quasi de priuilegio loci blandiatur,

X 4 Prospiciebat